



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Pvgnā Spiritvalis**

**Scupoli, Lorenzo**

**[S.l.], 1599**

**VD16 S 5184**

Cap. III. De Exercitatione: & primò de Intellectu, quomodo custodiendus  
sit ab Ignorantia & Curiositate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49116](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49116)



## CAPVT IIII.

DE EXERCITATIONE:

*Et primùm de INTELLECTV:**quomodo ab Ignorantia &**Curiositate custodi-*  
*endus sit.*

*Tertiū  
genus  
armo-  
rum  
spirit.*

**I**Vuant quidem multum in pugna spirituali, diffidentia sui ipsius, & in Deo solo Confidentia: ut hactenus ostendimus: at sola non valent ad obtinendam victoriam, neque ad firmam hominis à lapsibus custodiam. Idcirco præter ista duo, ad pugnam hanc  
etiam

etiam necessaria est EXERCITATIO, quam superius tertium genus armorum spiritualium statuimus.

Exercitatio autem hæc potissimum consistit in recto ac pio usu Intellectû, & Voluntatis hominis Et primum quidem Intellectus sedulo custodiendus est à malis duobus, Ignorantia, & Curiositate. Ab Ignorantia, quòd Intellectum oporteat esse purum ac lucidum, ut cognoscamus quæ nobis ad superandas passiones affectusque nostros sint necessaria.

*Exercitatio in quibus consistat.*

Lumen autem quo Intellectus ad ista cognoscenda illu-

*Lumen intellectus.*

B:  
v:  
in  
n-  
lo  
o-  
nt  
n,  
à  
co  
nc  
am

*Etus vt  
querē-  
dam.*

stratur, duobus medijs acquiratur. Prius ac præcipuum est Oratio: vt intimis suspirijs inuoces ac ores Spiritum sanctū, pro infusione luminis huius in animam tuam. Posterius est quotidiana exercitatio, vt omnes res, actiones atque negotia tua accuratè, profunde que consideres: non solūm secundūm exteriorem aspectū, sed potius in seipsis verè ac intimè. Nam si in hac consideratione te aliquandiu sedulò exercueris, facilè deinceps intelliges quæ res & actiones bonæ aut malæ sint: quæ item verè bonæ, & quæ exterius dun-

ta-

taxat appareant esse bonæ. Et hæc quidem posteriores, multa ac splendida bona foris promittunt, sed nihil re ipsa præstant, nec ullam menti nostræ quietem afferunt.

Quamobrem, dilecte fili, attende diligenter ad ea quæ tibi iam sum dicturus: multum enim te ad feliciter pugnandum iuuabunt. Itaque ut naturam ac proprietates rerum omnium quæ nobis quotidie occurrunt, rectè intelligas, fac sedulo ut voluntatem tuam puram ac liberam serues ab omni motu, affectu ac amore, qui nõ diriguntur aut in Deum ipsummet,

*Omnia  
prius  
cogno-  
scenda  
quam  
deside-  
rentur.*

B 7 aut

aut in media quæ adducunt ad  
eum.

Nam ut intellectus bonum  
à malo rectè queat discernere,  
necesse est ut faciat priusquam  
Voluntas aliquod eorum eli-  
gat vel reprobet. Tunc enim  
adhuc purus est, ut haud ob-  
scure possit cognoscere quid  
bonum verè sit, quidue malū.  
Posteaquam autem Voluntas  
in rem aut opus quodpiam cō-  
sentit: mox impeditur Intel-  
lectus, ut istud verè cognosce-  
re non possit. Volūtatis quip-  
pe consensus interueniens, rē  
aut opus istud vsque ad eò in-  
uoluit atque obscurat: ut In-  
tel-

*Spiritualis.*

32

tellectui longè melior atque  
splèndidior foris appareat, quã  
reuera sit. Et si eam sic volun-  
tati repræsental, fit vt maiori  
desiderio eam prosequatur at-  
que perquirat, siue in seipsa  
verè bona, seu mala fuerit.

Et quanto voluntatis desi-  
rium aut amor ardentior est,  
tantò crassius Intellectum ob-  
nubilat: Is deinde sic decept<sup>o</sup>,  
voluntatem ad eandem rem  
magis amandam inuitat. Vn-  
de accidit vt hæ duæ præcipue  
Potentiæ in hominis Anima,  
tantopere decipiãtur ac sedu-  
cantur, vt subinde ex his tene-  
bris

bris

40. CAP. IIII. Pugna

bris, in alias, & ex hoc errore  
in grauiorem dilabantur.

Proinde diligenter caueas,  
ne rem aut opus quodpiam  
appetas amesque nisi prius ad-  
hibitis Intellectus examine, &  
Oratione ad Deum pro gratia  
illuminationis, ad istud verè  
cognoscendum, sitne bonum  
an malum. Atque hoc non so-  
lùm in exterioribus rebus, o-  
peribusque faciendum, sed &  
in pijs ac sanctis. Ac licet hæ  
posteriores in seipsis bonæ sit;  
potest tamen contingere, vt  
propter circumstantias tem-  
poris, loci, multitudinis, aut  
obedientiæ, tibi bonæ non  
sint.

sint. Vnde sæpe factum, vt  
multi suorum laudabilium pi-  
orumque laborum, graue pas-  
si sint naufragium.

Posthæc, fili mi, Intellectū  
tuum diligenter continebis à  
Curiositate: ne quid hauriat,  
quod te ab obtinenda in hoc  
prælio victoria impediat. Cu-  
riosa enim disquisitio rerum  
terrenarum, quæ tibi necessa-  
riæ non sunt, Venenum est a-  
nimæ, etiamsi quãdoque per-  
missum sit eas scire. Contineas  
ergo Intellectum tuum qua-  
tenus poteris, & coneris eum  
reddere insipientem. Nouita-  
tes, Mutationes in mundo  
ma-

*Curio-  
sitas vi-  
tanda.*

ma-

42 CAP. IIII. Pugna

magnas aut exiguas; si te nihil  
attinent, animo exclude. Et  
quoties ea audire aut spectare  
oportet, semper in Volunta-  
te ijdem contradicito. Quin-  
etiam in cognoscendis rebus  
cœlestibus, humilem te sem-  
per ac sobrium exhibe: neque  
*Que* aliud quicquam scire deside-  
*sciēda.* res, quàm Christum tuū cru-  
cifixum, eiusque vitā & mor-  
tem.

Reliqua autem omnia abs-  
te repelle: sic facies Domino  
Deo tuo obsequium gratissi-  
mum: quoniam ipse inter a-  
micos optimos numerat eos  
qui nolunt scire plura, quàm  
quæ

quæ eis necessaria sunt ad diligendam ipsius immensam bonitatem, & seipso odio habēdos. Quoniam in omnium aliarum rerum notitia inquirenda, latet proprius amor, & quædam pernicioſa superbia.

Si ergo te ab his diligenter custodieris, multas hostium tuorum insidias effugies. Et enim malignus ille spiritus attendens constantem voluntatem eorum, qui ad Spiritualem perfectionem contedunt ita ut nō possit eos in aliquod peccatum abducere: callidè struit in itinere insidias Intellectui ipsorum, ut paulatim in ipsum pari-

*Vt dicitur  
bolus  
decipi-  
at do-  
ctos,*

pari-

44 CAP. IIII. *Pugna*

pariter & voluntatem obtine-  
at imperium: Scilicet his qui  
docti sunt, ingenioque pollēt;  
suggerit sublimes atque subti-  
les cogitationes, vt se iā putēt  
cum Deo vnitos esse: atque  
sic obliuiscantur sui ipsorum,  
nihilque cogitent de emun-  
datione conscientiarum, de  
propriæ voluntatis resignati-  
one, & sui ipsius cognitione.  
Et hinc incidunt in laqueos su-  
perbiæ, fabricantque sibi in  
Intellectu suo quodpiam velut  
Idolum propriæ sapientiæ, in  
cuius consideratione tanto-  
pere se suis cogitationibus in-  
uoluunt, vt aliorum consilij  
se

se nullatenus indigere iudicent.

Huiusmodi sanè homines in graui versantur periculo, difficulterque curari possunt: quòd superbia Intellectûs periculosior multò sit quàm voluntatis. Nam qui sola voluntate superbit, is non omittit obedire quandoque: quia aliorum Iudicia præfert suo, æstimatque meliora. Qui autè superbit Intellectu, atque apud se statuit, suam sententiã meliorem esse sententijs cæterorum, quis eum emendare poterit? Nunquam enim se submittet sententiæ aliorum, dùm

dùm

46 CAP. IIII. Pugna  
dum putat se rectius sapere il-  
lis.

*Docti  
erran-  
tes dif-  
ficul-  
ter e-  
mendā-  
tur.*

Quippe si Intellectus (qui  
animæ oculus est, quo super-  
biam in ea latentem, videre  
debet atque corrigere) ipse-  
met cæcus, omnique super-  
bia plenus sit: quis eum vn-  
quam emendare poterit? Si  
lumen ipsum tenebræ sunt,  
iplaque regula curua est; in-  
telligis facile quid inde sequa-  
tur, & quis eorum finis futu-  
rus sit. Tempestiuè ergo te  
huic Superbiæ oppone antea-  
quam occupet intima tua: &  
noli Intellectui tuo habenas  
laxare, sed subijce eum consi-  
lijs,

lis, iudicijſque aliorum: & fi-  
as apud te ipſum ſtultus pro-  
pter amorem Dei: ſic eris ſa-  
pientior ipſo ſapientiffimo re-  
ge Salomone: implebiſque il-  
lud cōſilium Apoſtoli: Si quis  
videtur inter vos ſapiens eſſe  
in hoc ſeculo, ſtultus fiat vt ſit  
ſapiens. Sapientia enim huius  
mundi, ſtultitia eſt apud De-  
um.

I. Cor.  
3.



C A P. V.

*De Voluntate: de e<sup>o</sup> fine in quem  
omnes actiones nostras debe-  
mus dirigere.*

Di-